

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

CIV. [...], quem Latini Perorationem vocant, sit clarus, brevis, distinctus & conceptis verbis, ad concitandum motum nervosus. In eodem etiam commode interdum subiicitur totius Cuncionis [...].

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

CIV.

Ἐπίλογος, quem Latini Perorationem vocant, sit clarus, brevis, distinctus & conceptis verbis, ad concitandum motum nervosus. In eodem etiam commode interdum subicitur totius Concionis ἀνακρίσις.

Ἐξήγησις.

Quando textus explicatus, confirmatus, illustratus & vindicatus, ac doctrinae inde deductae, & ad Auditores applicatae sunt, nihil amplius restat, nisi ut peroret Concionator, si-ve per Epilogum supremam manum orationi imponat. Est autem *Epilogus*, artificiosa totius *Orationis clausula*, atque illius quidam quasi portus & finis. Multi quidem existimant, sufficere, si obtempus elapsum abruptatur concio, vel voto claudatur, alii consultius est, si artificioso & gravi exitu seu epilogo terminetur sermo, ut aculeus in animis auditorum relinquatur, vel etiam summa totius Concionis Auditoribus in memoriam revocetur. Ordinarie inquam, Epilogo seu peroratione conclu-

den-

denda concio est. Interdum quidem, ex abrupto finire potest, dicto quodam Scripturae penetrantiori, vel alia quadam gnoma acuta & memorabili. h. m. Wohl allen / die auf ihn trauen: wer das thut / der wird wohl bleiben: Gnug fur dieses mahl / Gott bekräftige dessen Trost &c. Sic Bernhardus Serm. 61. super Cant. hac formula finit; *unplanned sermonem* Sed abruptus hic concludendi modus neque frequens nimis, neque affectatus esse debet. Nonnulli eo Scripturae dicto, quo Concionem auspicati sunt, eandem finiunt, quando scilicet sententia illa summam rei continet. Ceterum commune Rhetorum monitum est, ut fortissimum confirmationis argumentum, tam textuale, quam patheticum proxime ante perorationem adducatur. Ita post alios Keckermannus Rhetor. Eccles. pag. 103. *Reservetur, inquit, in peroratione ex affectuum motu & amplificatione aliquid eminens in primis & insigne, quod in ipsa tractatione ante non sit auditum, & id pro extremo ad stimulos in animis auditorum insigendos afferatur.* Non inconcinna quoque concludendi ratio est, si *εὐανθε Παλαίωσις* instituitur, & partes textus potiores ac argumenta principalia in singulis partibus tractata, item-

temque usus principales conciso ordine
 repetantur, atque ita ^{conversus} totius Concio-
 nis velut in brevi tabella memoria, judicio-
 que auditorum proponatur. Sic enim in bre-
 vem summam contracta omnia feliciter animo
 complecti, retinere & domum secum auferre,
 suisque domesticis repetere possunt Patres fa-
 milias *Interdum* (in Epilogo) *ponitur expres-*
se enumeratio partium, quæ tractate sunt, (ver-
 ba sunt D. Eg. Hunni Method. Concion. Col,
 1037. Oper. Tom. 3.) quæ etiam mirifice juvatur
 memoria auditorum, ut hac brevi synopsi renovatam
 in epilogo totam structuram concionis, tanquam in
 tabella propositam eò melius animo complecti, ac reti-
 nere possint, cum quidam aliàs vulgus priusquam po-
 strema pars concionis expediatur, ob memoriam im-
 becillitatem, primæ oblivisci solet. Cavenda autem
 in Epilogo odiosa prolixitas & præcipua duntaxat ca-
 pita, quæ copiosè in concione tractata fuerunt, bre-
 viter repetantur, & severa subjungatur admonitio,
 quæ instar fulminis excitet auditores, ut quæ dicta
 sunt, animis reponant, & ad eorum præscriptum
 vite suæ rationes instituunt. Hæc ille. In Epilogo
 vis Orationis maxime desideratur, hinc
 profani Rhetores in hac præprimis parte fon-
 tem aperire jubent eloquentiæ, Videatur
Nossus Partit. Orat. Lib. III. cap. 9. §. 30. In id
etiam illud notandum, quod in VI. capitulis in so-
phist.

tous viribus in Epilogo incumbat Concionator, ut quod pervasam credit animis auditorum penitus infigat. Atque ad eam rem Epilogus cum curâ & studio parandus est. *Hic omnes eloquentiae nervi ab Oratore intendendi sunt*, nquit Jesuita Masenius in Palaestra Oratoria Lib. I. cap. 21. *cum supremus ille congressus sit, in quo nisi perumpat, vincatque persuadendo, operam frustra collocavit.* Summa: Res graves, verba pathetica, affectus vehementes afferantur in Epilogo. Unde & Henricus IV. Galliarum Rex, *Causis suis* referente, dixit; non aliunde se melius præstantem dignoscere Oratorem, quàm ex peroratione. Tria autem potissimum commendant Epilogum; *brevitas, pondus seu gravitas, ac devotio*: Absolvatur verbis quàm paucissimis, ne non tàm Epilogus vel peroratio, quàm nova oratio videatur. Cum brevitate autem servetur perspicuitas. Sit quoque; Peroratio gravis, acuta, vivida & ad auditores permovendos apta, habeatque annexam adhortationem patheticam & asseverationem emphaticam, quæ corda auditorum quasi inflammer ad Dei & virtutis amorem, ad peccati odium & fugam &c. Scopus enim perorationis est, ut pietatis & virtutis studio incalcescat auditor. *Nemo, opinor sanus ridiculus aut lepidus*

pide dictum concionis sacra clausulam faciet, ut auditores cum risu discedant, quos suspirantes ac gemituosos, pallentemque vultu, novae coquentes vitae consilia abire oportuit, monente Carolo Regio Orat. Christ. Lib. VIII. cap. IX. Addatur denique devota precatio, quae contineat votum, quo Deus invocatur, ut illis, quae dicta sunt, pondus addat, eaque in animis auditorum obfignet, & dogmatum, seu debitam pro concessis Spiritus S. donis gratiarum actionem. Peroratio prolixior, repida tautologica, levis & sine devotione corda auditorum non movet, nec ullum in illis relinquit aculeum, facitque, ut tandem cum tædio eorum sine ullo fructu universa desinat oratio. *Alii*

Veterum sub finem Concionum morale aliquid educunt, inquit D. Hildebrandus. Dissert. de Concion. Veterum cap. III. §. 26. quod ubi auditoribus commendarunt, statim finiunt. Alii postremis Concionum verbis aliquid boni auditoribus precantur, & gloriâ SS. Trinitati dictâ, finiunt. quod vi mos S. Chrysostomo familiaris est; Exemplum habes Homil. in Ps. 117. ubi ita finit; Oremus, ut hæc nobis concedantur, gratiâ & miseratione Domini nostri Jesu Christi, cui simul cum Patre & Spiritu S. sit gloria, imperium, honor nunc & semper & in secula seculorum, Amen!

Rr

Pau.